

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA;  
TRADENS THERAPIAM

61.

# CEPHALALGIAE

QUAM  
SUMMO ARCHIATRO DUCE  
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE  
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,  
DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,

EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam & Saxe-Coburgiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curiae Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem Moguntiae respective Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

AUTHORITATE GRATIOSISSIMAE MEDICAE FACULTATIS  
IN PERANTIQUA UNIVERSITATE GERANA  
PRÆSIDE

DN. JOANNE FRIDERICO  
DE PRÆ,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE, ANATOMIAE, BOTANICIS ET CHIRURGIAE PROFESSORE PUBLICO, FACULTATIS MEDICAE ASSESSORE ORDINARIO ET p. t. DECANO, NEC NON CIVITATIS ERFORDIENSIS SENATORE,

PATRONO PRÆCEPTORE FIDELISSIMO FAUCTORE AMICO  
PROMOTORE COLENDISSIMO

PRO LICENTIA

DOCTORALES IN ARTE MEDICA HONORES LEGITIME ET SOLENNITER CONSEQUENDI  
PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT  
AUTOR ET RESPONDENS,

IVO JOANNES STAHL,

AA. LL. & Philos. Magist. Silesius Leobschytensis.

DIE XXVII. MARTII, ANNO MDCCXXII.

ATORIO MAJORI COLLEGII MAJ. HOR. CONSVET.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

ol. spec.

46, 64

MDCCXXII 703

DESSERTATION  
TRAIERS THEORIE  
GEBIETH

MARCO UNIVERSITÄT  
D O M I N O  
IO. JOACHIM HALL

TRIGONOMETRIE  
VON  
DOCTOR JOHANN FRIEDRICH

DE P. R. E.  
D O C T O R

DOCTORAL  
THESE  
IO. JOACHIM HALL

IN  
D O C T O R



I. N. J.

## PROŒMIUM.



Memor Willisianæ veritatis ci-  
tatae jam à Joanne Doleo in  
*Encyclopædia med. dogmat. l. 1.  
de morbis capitis. C. 1. f. 7.*  
quòd morbi nempe hujus  
causarum series tam perplexæ  
ac intricatæ sint, ut non statim ad veram hu-  
jus labyrinthi diagnosin ac therapiam perve-  
nire possimus, vereor in hocce disquirendo  
morbo juxta methodum medicam menti eru-  
ditæ me fore satisfacturum; nihilominus exci-  
tato animo ab eloquio aureo Magnifici We-  
delii Præceptoris olim fidelissimi, ast pro do-  
lor!

lor! cum irreparabili Medici generis damno neci furibundæ in victimam delapsi, quod videlicet Medicus suo sit functus munere, si fecit, quæ ab eo facienda ars requirit, pergo, ut me similem illi Medico, in præcepto opere non doctrinæ, sed usus moris legisque facultatis gratiâ ponendo pro studiorum vigore & capacitate omnium primò definitionem morbi in titulo expositi, nempe.

§. I.

**D**olor capitis est sensatio tristes fibrillarum nervosarum capitis à solutione continui ἀδρόως & cum impetu facta proveniens. τὸ sensatio est genus, involvit enim sensus naturales & præternaturales nempe in imminutione; λη tristes fibrillarum nervosarum capitis ponit differentiam à dictis sensibus ratione essentiali, & à simili morbo in aliis partibus ratione positi loci & subjecti; à solutione continui ἀδρόως & cum impetu est causa immediata, quâ positâ ponitur morbus; subjectum sunt fibrillæ nerveæ capitis internæ externæ intrâ vel extrâ cranium. Notari tamen oportebit, ne machina subruatur, pro fundamento, verbis solutione continui non intelligendum fuisse solutionem in facto, uti est in vulnere, contusione, ulcere, fractura, ruptura, sed in fieri: in dictis omnino morbis adesse quidem tristem sensum nemo negabit, vix tamen

tamen etiam quendam sibi persuasum habiturum credo, fieri ob divulsionem passam, etenim nervi præbentes sensum discissi nullatenus commercio cum cerebro ob contiguitatem ablatam gaudebunt; & quòd exinde sensus oriantur est notò notius ex Anatomix & Physiologiæ scriptoribus imò teste experienciâ quotidianâ, quòd scilicet partes, quæ aliàs à nervoso liquido accedente sensu motuque excelluere, ejus accessu destitutæ ob unicam etiam nervis illatam fortio-rem vinculo constrictionem, dictis functionibus priventur; quid quæso veritati magis consonum? abest sensus motusque, quia liquidum nerveum ad partem ob meatum amissum velificare nequit; multo magis aberunt, si velificante ipso partes nervosæ plane destitutæ & spoliatæ sunt, quod in solutionibus in factum esse cupimus: neque quis animum moveat, quod jam supra innuimus in morbis solutæ unitatis adesse tristem sensum, id enim neutiquam in nervis divisis, sed integris ab irritatione mediante acrimonia contingit. Ultimum ni fallor in definitione animum ancipitem reddens erit; τὸ ἀδρόεις confertim cum impetu; hoc omnino requiritur, aliàs rationibus caremus, cur in hydrope formale proprium habente in extensione, quod idem uti solutio continui, non cernatur noster morbus, pro hujus dubii declaratione adagium inservit, consuetudo est altera natura successive quod fit, natura assuescit, id etiam in agyrtis variè artus rotantibus observatur.

§. II.

Absque Patre nullus hæres, absque causa nullus effe-

effectus, & morbus, eruenda hic erit causa, quam dis-  
 spesco in immediatam, mediatam proximiorē, &  
 mediatam remotam seu procatarteticam occasionalem  
 uti clarius in *Pathol dogmat. Wed. Sec. 2. C. 1. de causis  
 morborum in genere cernitur*: Immediatam jam dixi esse  
 solutionem continui *ἀδρόως* factam & explicatio priori §.  
 facta repetenda est, dum enim solutio in fieri est, seu  
 tentatur, sic fibrillæ nerveæ à causa proximiori statim  
 patefacienda distenduntur, & per hanc distensionem  
 præternaturalis nervoso generi conciliatur motus, quo  
 mediante anima ob intimam cum corpore unionem  
 patitur, & adesse quid pessundans corpus dijudicat, de-  
 nique à Divino Numine actio & reactio, passio & re-  
 passio animæ & corporis placita tali modo perennat.

§. III.

Mediata proximior sub se continet objectum li-  
 quidum & solidum; liquidum est sanguis & serum  
 seu humores vitales quantitate, qualitate motuque de-  
 turpati; ita si sanguis quantitate abundat, seu peccat  
 in excessu, verbo plethorâ, plus justo distendit vasa ca-  
 pitis, hisce distensis partim jam adest dolor, partim  
 major subsequitur, quia ut plurimum tonus vasorum  
 perditus & labefactus est, dictus deinde humor sta-  
 gnat, acrimoniamque concipit, quæ præsentem tri-  
 stem sensum rodendo auget; si vero in defectu pec-  
 cet quantitate; proferenda de seri quantitate in exces-  
 su sequenti §. legenda sunt. Qualitate, si biliosus, a-  
 cris, fervidus seu Θnus, alcalicus volatilis, fixus, vel  
 etiam Ξdus, Θ, enixus sit, ubique spicula hamata, hi-  
 spida adsunt, sive sint dictæ qualitates quælibet dis- vel  
 con-

conjunctæ: omnes enim aptæ sunt se affigendo membranis nerveis efficiendi distensionem, & solutionem in fieri; Motu, si in excessu ejus peccet sanguis majori vi ruit in poros, irritat fibrillas, quæ se spasmodice contrahunt, moræ acrimoniæque majori humoris ansam præbent, quæ rodit, findit, tendit, & vasa divellit membranas nervosas.

## §. IV.

Serum si in quantitate & excessu peccet, simili modo se habet ut sanguis, torpidi sic sunt humores, & stagnant, in defectu suo si adsit, tunc Salia magis acuuntur quasi crystallisantur, itaque si serum, quod omnium salium tincturam imbuit, qualitate ichorosa salina, scorbutica, venerea, acida, biliosa, enixa imbutum sit, dolorem parit; quapropter semper explicatio jam tacta in mentem de salibus vocanda est; fit quoque, ut sit viscidum, lentum, quo in casu simul motu in defectu stagnando dolorem capitis parit, & de quo nunc negotiamur, exstat locus in *Ephemerid. German. A. I. Observ. 69.* quod in cadavere cruciato tempore vitæ cephalæa gravativâ circa os frontis inventæ sint ʒviii. feri flavi in anterioribus ventriculis cerebri, videtur itaque non fictæ vel inventæ esse opinionis, sed in rei veritate dicta fundata esse; nihilominus poterit omnino dici, sufficere moram humorum & motus defectum, ad actionem enim requiritur instans, seu tempus & subsistentia agentis, hinc & humorum in parte, & sic qualitatium superfluam esse recensioem, cum tamen motus à qualitate plerumque dependeat, à proposito minus desistere cogor.

## §. V.

Tetigi in §. 3. sub causa mediata proximiori ob-  
 jectum solidorum & id vel animatum est & toto ge-  
 nere præternaturale: v. g. vermes, quod confirmant  
 variæ sectiones cadaverum tempore vitæ afflictorum  
 cephalalgia *vid. ephemerid. german. No. X. observ. 50.*  
 id vel inanimatum solidum præternaturale, ut calcu-  
 li, quod illustrat præter sectionem *B. Magnif. Wedel. e-  
 pithem. prax. clin. S. I. de Capit. morb. C. V. de dolore ca-  
 pitis fol. 77.* huc spectat os festucatum seu cranium  
 quocunque modo læsum, depressum, fissum,  
 contra fissum &c. ut notat; *εκπίεσμα, ἀνγίσωμα, θλά-  
 σις, ρογή, ἀπήχμα* &c. ubi contrafissura est, quod cu-  
 riositate Medicorum imò plebejorum videndum nu-  
 perrima II. Martii Sectione nempe Clavarii Erffurti  
 occisi fuit; *vid. Operat. chirurg. Dion. chirurg. demon-  
 strat. 6. pag. 492. & sequ.* sæpe quoque fissura cæca est,  
 uti habet *Sponius Tom. 2. itiner. pag. 292.* quod exterior  
 lamina cranii integra fuerit, interior verò fracta, & ta-  
 lem statum ob periculum scilicet, *Hippocrates* infortu-  
 nium & calamitatem appellat mente *Wedeliana*, hanc-  
 que causam semper præcedit exterior læsio casu, vul-  
 nere, contusione, si tamen simul & semel omnes sen-  
 sus deliquium patiantur, quod non raro contingit, fie-  
 ri tunc sensum tristem minime posse in confesso est,  
 adeoque dicta tantum intelligenda in principio læsio-  
 nis & absentibus deliriis.

## §. VI.

Progredi liceat ad causas mediatas remotas pro-  
 catarcticas; quæ denuò dividuntur in naturales, uti  
 est



est temperamentum sanguineum plethoram, qualita-  
tem biliosam salinam alcalicam fixam, volatilem cum  
cholericis, illud ob copiam, hoc ob qualitatem similem  
inducens; phlegmaticum serum, pituitam, vermes, atra-  
bilare qualitatem ex qua constat, uti acidobiliosam ter-  
restrem, melancholicum calculos & qualitatem salinam  
acidam progignens est, ætas infantilis senilis pituitam  
serumque, juvenilis cum virili habituque gracili, car-  
noso plethoram, bilem in excessu, serum in defectu  
producens; dispositio hæreditaria, pomum à stipite na-  
tali non alienat; sexus melior magis bilem, & serum  
in defectu, sequior serum pituitamque, hoc tamen non  
est perpetuum, sic & sterilitatem imprægnationem par-  
tum prægressum, lochia suppressa, menses parce, dolo-  
rosè, abolitè, vel actu fluentes pro causa sæpe agno-  
scit.

§. VII.

Sub nominata causa deprehenduntur & causæ  
nonnaturales à *Cicerone lib. de fat.* dictæ antepositæ &  
externæ, quæ in nostra potestate sunt, ac huc spe-  
ctat aër frigidus, nebulosus, ventosus, qui nervis ini-  
micus, transpirationem insensibilem prohibitam pe-  
dissequam habet, constringit poros, coagulare & sub-  
sistere facit humores *vid. Præcept. de venerandi Frid.  
Teichmeri element. philosoph. natural. experimental. Cap.  
9. de frig. p. 65. & 66*; sic serum ipsaque bilis, aliæ nec non  
partes inutiles excernendæ corpori immanent; Cali-  
dus verò poros vasorum humorumque dilatat, ut nem-  
pe humor rarefactus ebulliat, vi in poros aliunde di-  
latatos ruat, quo motu sibi ipse humor viam præclu-  
dit,

B

dit,

dit, quatenus fibillæ eo irritatæ se constringunt & transitum angustant; serum quoq; ob poros apertos exhalat; at salia quæcunq; maximè biliosa, uti & ipsa pituita humido fluido absumpto producuntur; non oblivioni exhibendus aër variis effluviis refertus, moschatis, ambra-  
tis crocatis (quæ ultima Matrona mercatoria seligendi cupida longiori temporis spatio minime sufferre valuit) varie lædit, tum fæminas hystericas, debiles capite, tum mares hypochondriacos; non minimè fumus tabaci, nisi in assuetis serosisque, umbra nucis basilicæ, vapores musti zythique recentis, carbonum candentium calculum suum tribuunt; ubique sunt exhalationes  $\text{Æ} \Theta \text{næ}$ , hinc dolores gravativos soporosos mortales experiuntur.

## §. VIII.

Cibi quantitate discreta, continua, modo inordinato assumpti suggerunt cruditatum radices, quæ tamen pro modulo assumptorum, humorum, cacochymicæque præexistentium in corpore variant; si quantitate imminuta faucibus immittantur, tunc partes balsamicæ, roscidæ, temperantes salia defectum patiuntur; salinæ è contra alcalicæ, acidæ, enixæ, magis magisque prodeunt; porrò se habet qualitas assumptorum ita, ut qualia assumantur, talia in corpore gignantur; si dura, non bene cocta, fumo indurata gulæ illecebris offerantur, diligenti sunt masticationi subjicienda, alias *Arabum* effatum incurritur, qui masticationem odit, vitam negligit; simile in Consule quodam lauto assidenti epulo capite apri apportato gulæ plus justo favente scio, qui integro anno cephalgia

lalgia

lalgia cruciatus est, donec vomitu, exhibito emetico pars immasticata assumptæ dictæ carnis ante annum, ejecta fuerit; sin vero cibi aromatici, pingues, dulces fauces alliciant, pariunt acrimoniam biliosam, alcalicam, acidi cibi acidam, falsi, enixique falsam &c. lautus cibus aliis consentientibus plethoræ gignendæ incendicula suppeditat.

S. IX.

Potus in genere quantitate majori & ciborum dicto modo assumptus cruditates varias; ∇sus serum pituitam flatus producit; ipsum decoctum HBtheæ majori dosi assumptum in dolore capitis ipso alias usum, eum auget, si conditio doseos minoris absit; ita lacticinia, cerevisia tenuis secundaria, aqua cruda &c. itidem fæculenta, fermentativa, frigida actu, flatus & cruditates maximè generi nervoso nocivas parturiunt; potus ∩sus, aromaticus, ut √. junip. cochlear. ∇vit. apoplect. sinè moderamine gutturi infusæ cacochymiam biliosam, per accidens pituitam, difflando serum laudabile, humoribus inferunt; neque incassum esse vinum ipsum (alias dolori capitis auxilio veniens) arbitror, imprimis in excessu assumptum, adulteratum lithargyrio, saccharo usto, germanicè angeschmiert; & hæc salia à vino orta in principio effervescente faciunt bilem & ♁; hisce deinde per transpirationem, □, absumptis remanent in ventriculo acida & fixa quæ nervosum ventriculi genus lancinant, itaque primo dolor idiopathicus, tandem deuteropathicus facessat ægro negotium; occurrit, & potus

( 12 )

tus acidus, uti est cerevisia similis; ꝛ, succ. citri à quibus similis proles nervos pungens humoribus vitalibus conciliatur; dulcia amæna & svavia gustui aliam relinquunt sobolem; vel enim bilis vel acidum exinde oritur, quod operatio chymica ex melle saccharo, manna confirmat & demonstrat.

§. X.

Motus si excedat, partes serosæ temperantes omnem acrimoniam evacuantur, & temperandæ salinæ acuuntur; pituita per accidens palam se exhibet, quia humido tenuiori ablato crassum per poros excerni nequit; ita quoque, si statim post assumptionem humidi, solidique majori gradu instituatur; quod monitum a Magnif. Adolph. Wed. Præceptore fidelissimo & devenerando sæpius in colleg. privat. audivimus, tali enim casu, nondum bene disjunctæ, solutæ, fermentatæ concoctæque partes chylificandæ ex ventriculo coguntur, quæ laudabilem chylo materiam nullo modo suppeditant; impossibile proinde spero fore, non dato bono chylo, bonum dari sanguinem. Quietem amans sibi ipse incommoda congregat & accumulatur, quia in vita sedentaria nulla ferè excretio debite promovetur, somnus & vigiliæ pari passu ambulant; nisi quòd moderatus somnus post epulum in subjectis gracilibus, ficcis, cholericis, assuetis, paucopotu utentibus, tempore æstivo vix noceat, ast potius profit.

§. XI.

## §. XI.

Animi pathemata variè commoventia ; ut ira, excandescencia, gaudium nimium, dissipando partes nutritias, serosas, balsamicas, salia quæcunque præprimis biliosa augent ; serum verò absumunt ; concentrantia, ut timor, mæror, tristitia, terror, curæ cum motu deficiente conveniunt. Excreta & retenta ultimum locum ex nonnaturalibus possident, si videlicet primò sanguis emittendus in mensibus, lochiis, vel assvefactâ naturâ. V. S. scarificatione, hæmorrhagiis variis, nempe hæmorrhoidalibus &c. retineatur, ita si serum eliminandum per transpirationem insensibilem, sudorem, urinam, fonticulos, vesicatoria solita, purgationem corpori immaneat, varia pariunt incommoda mortali, partim à quantitate excessiva, partim qualitate acuta provenientia &c. Ita scrutinium faciendum de alia classe, si nimis quam par est excernantur humores, eodem modo quo se habet motus excessivus, humores vitales deturpantur ; quò meritò refertur venus immodica. vid. *disput. B. M. Wed. de usu & abusu veneris licite.*

## §. XII.

Causæ præternaturales annexendæ sunt, hæ enim non raro scintillam ignis futuri suppeditant, & observatu dignum maxime est in febribus Hungaricis ; imò omnis febris continua, intermittens, mali-

B 3

gna

gna, benigna, simplex, composita dolorem adsciscit in  
 confortium: probè præterea notandum, sæpe dolorem  
 capitis præire febribus, & consultum esse, si dolor in  
 febribus en- & epidemicis visatur, ut propinentur sem-  
 per bezoardica; adnumerari oportet causis præter-  
 naturalibus catharrum, casum, vulnus, percussionem,  
 fracturam, fissuram cranii, malum hypochondriacum,  
 scorbutum, luem veneream, cruditates ventriculi, fla-  
 tus, scabiem retropulsam, vermes, calculos, ulcus ma-  
 turius sine prægressis cacochymiam corrigentibus me-  
 dicamentis consolidatum &c.

§. XIII.

Scrutanda differentia, non solum enim ab aliis  
 morbis, sed dolor à dolore ipso differt; uti est vel ex-  
 quisitus, sub quo calidus acutus, terebrans, morfi-  
 cans, pungens, rodens, & erodens, pulsatorius, ardens,  
 lancinans à causa acri, biliosa, ortum capiens conti-  
 netur; vel obtusus & sub hoc velatur frigidus pon-  
 derosus, fluctuosus, premens, tensivus à quantitate se-  
 ri, pituitæ, à flatibus, acido proveniens. Alius dicitur  
 magnus respectu morbi & symptomatum, ratione enim  
 subjecti nunquam aliter appellandus est; sic si febris  
 maligna subsit, vires deficient, extrema frigeant, æger  
 deliret, anxie anhelosè respiret, medicamentaque suum  
 non præstent effectum, magnum & periculosum esse  
 morbum licet Medico pronunciare.

§. XIV.

§. XIV.

Differt & ratione subjecti: est enim dolor vel internus vel externus, intra vel extra cranium, vel tota dolet peripheria capitis cum diuturnitate, & sic dicitur cephalæa, absente verò diuturnitate nomen adipiscitur cephalalgia, si dimidia peripheriæ pars dolore dicto afficiatur, audit hemicrania, si in loco minori instar clavi dolet, nuncupatur clavis, & vehementior est hæc sensatio tristis aliis doloris speciebus, in centro enim quasi recubat causa mediata proximior, & est vis unita fortior. Ovum ab ovi paritate & similitudine audit. Huc pertinet essentialis, ut si arteriæ ossescant; vel si caput futuris careat, vermibus, calculo, scateat, si cicatrix ob læsiones externas antecedentes inducta sit; vel si ipsæ adsunt, ut sæpius ex calamo emissi morbi scilicet vulnus, contusio, fissura &c. vel quoque si debile à natura, vel prægressis, sæpius morbis quibuscunque intemperiei, conformationis unitatis. Deuteropathicus est, si ab alio morbo prægresso, præsentem, futuro focus suppeditetur, uti id solenne est in hysteriis, hypochondriacis, scorbuticis, febricitantibus, debilibus ventriculò ophtalmicis, lue venerea affectis, defluxionibus catharralibus obnoxiiis, mensium obstructione laborantibus &c.

§. XV.

Neque inutile fore censeo, differentiam sortiri à tempore alius dolor est continuus, alius intermittens paroxysmans; acutus, chronicus; alius nocturnus, ut in scorbuto, lue venerea ob serum acidum; meridia-  
nus

nus ob bilem & vitiatam ventriculi digestionem, si assumptio jam prægressa fuerit; matutinus & ante ingestum cibum ob pituitam, hypochondria; vespertinus ob acidum fixum aerisque densitatem; alius hyemalis, vernalis, autumnalis &c.

Utilissimum ex omnibus est non ignorare, esse vel primarium absque omni morbo, comitatum stipatum illi, symptomaticum dolorem capitis prægressa aliqua morbosa læsione.

Alias præterea differentias ratione scaturiginis adipiscitur, quas tamen afferre nequimus excepta sequenti, quod scilicet salutaris denominari possit cephalalgia, si crism signet perfectam, propriam, inde enim natura calamitate obruta liberatur.

§. XVI.

Sufficere dicta nescio, sed partem medicinæ semioticam nuncupatam initio, quam tamen morbus in se spectatus vix exoptulat, nihilominus jubet *Autho-  
ritas Hippocrat. §. 4. Aphorism. 70. quorum, ubi dicit, ni-  
mirum febricitantium urinae sunt perturbatae, quales sunt  
jumentorum, iis dolor capitis adest vel aderit.* Cum diutius circa notionem morbi morari vix proficuum sit; morabor potius circa causas & differentias noscendas; & quidem immediata infallibilis & semper eadem est; mediata verò proximior, uti sanguis, an quantitate excessiva seu plethora peccet; id primo ex doloris natura, si gravativus, obtusus, premens, pulsatorius cum aliquo calore se sensus ideali sistat; respiratio adest magna, tarda, calor medius, pulsus tardus, robustus, sitis pauca, vel nulla, suppressio evacuationis  
fan-



sanguinis, lassitudo membrorum, somnus paululum excedens, nisi furor morbi impediat; insomnia de rebus rubris, color faciei floridus, roseus, habitus mollis, carnosus, venæ turgidæ, ita ex statu præternaturali claret, si scilicet febris synochus dicta benigna foveat cephalalgiam; repeti ex superioribus pro meliori securitate causæ mediatae, remotæ poterunt: sin verò bilis, & salia alcalia peccaverint, dolor se exhibebit exquisitus, pulsatorius, ardens, vehemens, terebrans, reliquæque species doloris exquisiti; fitis anorexiâ præsentente patientes flagellat nimia, adsunt respiratio crebrior, pulsus celer, & vehemens, calor efferatus, phlegosis, proclivitas ad iram, vigiliæ continuæ, insomnia rixosa, si modica concedatur spiritibus quies; celeritas & promptitudo actionum animalium; urina intense rubra, quæ melius est quàm alba teste *Coco*; ructus, vomitus amari, diarrhæa ipsa (quæ tamen rarissima morbo adjuncta est, si tamen obveniat, critica spectatur potius) biliosa, cerumen copiosius in auribus, habitus gracilis venis turgidis, color fuscus præprimis glossæ ob defectum seri, ruber floridus; febris ardens ipsa, si campum morborum lustremus, signum affert.

§. XVI.

Inter causas proximiores seri vitia primò in quantitate excessiva locavi, ubi dolor obtusus, frigidus, soporosus, undulatorius, respiratio difficilis, pulsus mollis, tardus, frigus, horror, oblivio memoriæ præripiens palmam, debile ingenium, fitis nulla, exiguus solidorum appetitus, tarditas & hebetudo actio-

C

num,

num, excretio copiosa, vel suppressa salivæ, alvi, narium aquosa, ructus insipidi copiosi, flatus, lachrymatio involuntaria, coma somnolentum vel quasi, habitus mollis, oleaginosus, albus observantur: Si in quantitate defectiva, & qualitate biliosa serum sit causans morbum, seu cephalalgiam, patet ex signis allatis sanguinis biliosi, hic tamen magis calor urens, quam in sero bilioso observatur, præterea prægressa est deficiens humidorum assumptio, vel nimia evacuatio. Præter dicta qualitas attendenda salina, enixa, media, ubi haud adest tantus caloris vel frigoris gradus, ut in recensitis; respiratio ferè libera, pulsus celer, & molliusculus cum fervore, pruritu extremorum, vel fluxionum, si quæ adsunt; nec non prægressis cibis & potibus enixis salinis notatur; Restat, ut solliciti simus de adducendis humorum tincturâ acidâ imbutorum signis, & cum hæc tinctura sæpe sero, sæpe bili commixta sit, variant, & inde affectus, symptomata, & signa; & quidem esse commixtum sero acorem præter dolorem fixum, rodentem, frigidum indicant tristitia, timor, mæror, terror inanis, respiratio anhelosa pulsus tardus, sitis nulla, appetitus quandoque vicens, oculi torvi, contumacia, fixitas sensuum major vel minor, palpitatio cordis, excretiones spontaneæ frigidaæ nigraæ, sine prævia externa vel sanguinis grummescentis causa, vigiliæ, habitus niger, albus si serum adsit, gracilis, imò teste *Walco Method. med. pag 104.* oleaginosus, qui ex solo habitu simili cognoscere cupit melancholicos; ructus acidi, hæmorrhoides cæcæ, fluentes frigide, sputi frequens ejectio; ex præternaturali manifestant  
cam-

campo itidem febris præsens vel progressa quartana, dolor, tumor scirrhi hypochondriorum, ulcera cacoehetica profunda, fistulosa, malum hypochondriacum, scorbutus &c. uti & notam exhibet diæta prægressa acidorum assumptione. Bili si acor unitus fuerit, seu si humor atrabilaris ansam dederit morbo procreando, prægressi sunt in subjecto cholericò, ætate juvenili, virili, aëre calidiori, motu nimio, vigiliis excessivis, lucubrationibus, ira, cibi potusque acidi assumpti, vel vice versa: denique, si cacochymia acida corpori morbosa fuerit præexistens & ordinetur diæta, ut bilis sine intermedio vel inferatur, producat, aut non excernatur, itaque si biliosa qualitate & cacochymia eadem præeminente dictæ res nonnaturales in usum sine legis medicæ coadjuvamine & observatione cedant, ut itidem eo modo, quo bilis acidum vel inferatur, generetur, vel non excernatur per corporis eliminaria; adsunt & hic hæmorrhoides cæcæ & fluentes aut calide, ita & ulcera superficialia uredine conspicua &c. Sic fieri inquam non non potest, quin huic ratiocinio in praxi curam medicamentis utrisque bili & acori debitis optimo omnino cum successu subnectamus.

§. XVII.

Inter causas posita est pituita dolorem obtusum, frigidum, prementem efficiens, & pandit excretionem sui notas, si illa per nares, fauces, tussim, alvum, urinam, menses ipsos excernatur; habitus eorum subjectorum est oleaginosus, & magis crassus serosis, pulsus tardus, debilis, calor nullus, respiratio tarda &c. hicce notandum venit primò magnum requiri temporis favorem,

velle cuncta cunctarum causarum signa perlustrare; secundo quod velamina causarum detecta prægressis-que §. patefacta non conjunctim omnia in singulo subjecto deprehendantur, non tamen propterea unum duntaxat sufficit signum, sed percurrentia & examinanda singula, & quantum fieri potest, combinanda sunt; tertio quod ubique causæ naturales & nonnaturales accuratè, imò & præternaturales præsentis prægressæ id est morbi inquirendi sunt, atque sic tandem certius judicium à nobis ferendum erit: memoriæ vacat motus tristem sensum inferens, qui tamen, cum obsecundet qualitatibus, vel fixis, vel volatilibus, exinde & derivantur jam tradita signa peccantis vel in excessu, vel in defectu motûs; accidit tamen quandoque salvis humoribus in omni temperie, ut nobis hic & nunc præfixus morbus à motu humorum deficiente ob elaterem debilem hæreditariæ, vel debilitatum ob morbos prægressos suboriatur, & id fere nuperri-  
mè curiosà à Fœmina 60. annor. annis 20. cephalæa afflicta alias sanissima percepi, quòd nempe ad motum capitis intus intra cranium instar undarum humor fluctuet, & gravet, cum frigore & calvitie in parte motus, quod malum portendit non solum esse essentielle sed & hydrocephali dispositionem.

§. XVIII.

Dictum est, vermes, & calculos, defectum suturarum, ossescentiam arteriarum causare morbum, de quibus vix certæ constant hederæ; nisi eas ex diuturnitate, & frustratione curationis, absentibus omnibus reliquis causis desumamus; licet enim in calculo pres-  
sionem,

fionem, & pondus gravans, dispositionem ad renum vesicæque arenas, malum hypochond. scorbut. arthritidem sæpius prægressam, in vermibus temperamentum calido-humidum, pruritus narium, sternutationem, fætorem oris pro signo acceptemus; nondum tamen de infallibilitate & certitudine gloriari possumus: os festucatum, fissum apertè visu, tactu, styli capitati exploratione indagatur; cæca & occulta i. ex loco debili vulnerato. 2. ex objecto illiso duro, firmo, magno, ferreo; fortitudine vique id dirigentis, momentaneo lapsu ad terram, subsequenter deliriis patet, quæ singula in lethaliter vulnerato nuper clavario & modo foris secto experientiâ confirmata sunt, in aliis hæmorrhagiæ suboriuntur narium, aurium, oris, anxietas, vomitus &c. in contrasiffura eadem occurrunt.

§. XIX.

Causâ cognitâ ad subjectum cognoscendum transitum svadet ordo; quod vel internum, ubi compressione, constrictione, mediante linteamine facta levatur dolor; quia ligatione arteriarum, scaturigo humoris vitiosi intercipitur; si externum exasperatur, afflicto enim non est addenda afflictio, aliunde partes salinæ sæviunt in membranas nerveas, externas, quæ, si constringuntur, adhuc magis spiculis illis hamatis intruduntur, & solutionem continui augent. An tota vel pars peripheriæ ventris supremi capiliati dolore affectum sit, inquisitione ulteriori indignum est, sed relatione ægri clarescit; attendat spectator naturæ, ne dolor internus se extendens ad oculos usque ob

vasorum continuationem pro externo ab eo proclama-  
metur.

§. XX.

Subiectum distingvitur regulâ praxeos clinicæ in idiopathicum, & deuteropathicum; nosciturque illud optimè ex nullo morbo præfente, prægresso, futuro; an vero, & qualis adsit, aliunde petendum foret, nisi claritatis gratiâ quædam in mentem vocem; sic si morbi intemperiei calidæ febrilis cephalalgiam foveant, visitur horror, frigus, subsequens calor sitis &c. Si scorbutus, lassitudo membrorum, nigredo, caries dentium, frigus, vel calor pro diversitate salium scorbuticorum, dolor nocturnus, ulcera, scabies, dolor, tumor hypochondriorum, alvus laxa, vel adstricta, vertigo &c. similia non tamen in tanto gradu symptomata sunt similis morbi mali hypochondriaci, junctis scintillationibus oculorum, tinnitu, susurru aurium &c. Livi venereæ stipulantur dolores nocturni, ulcera, tubercula, bubones, gonorrhæa virulenta, contagium in- & mediatum; Passioni hystericæ præbet comitem respiratio difficilis, gutturis constrictio, lipothymia, syncope, dolor in bregmate, palpitatio cordis, dolor abdominis circa pubem, sterilitas, suppressus, nimius, depravatus fluxus mensium &c. Ventriculi vitia produntur anorexia, disforexia, apepsiâ, & dyspepsia, vertigine, tenebrositate oculorum &c. qualis vero cruditas corrigenda est, ex dictis de qualitatibus signis constare poterit: catarrhus præfens non necessitat signa, futurus ex mutatione aëris præfenti, futura, quæ a subjectis defluxione assvetis catarrhali, & partibus  
inde

inde debilitatis prædicatur, & iis uti, saltim homo se ipso valet pro thermoscopio, hydroscopio: Ophthalmia oculis, an sit, se sistit statim. Gradui & magnitudini in præcedentibus annexa sunt signa; ratione moris non opus est ob facilem cognitionem addere semio-  
logiam; cùm abunde quæstione pateat, an primarius, comitatus, symptomaticus sit; solummodo monitum esto, futuræ specimen criseos esse, per hæmorrhagiam narium si coctio prægressa, stillicidium narium die indicatoria in febris visum fuit; alias in omni excretionem hacce via cum euphoria & criticè accidit, quod rubeant genæ oculique, nares pruriant, pulsent tempora, tinniant aures.

§. XXI.

Hariolari implorat Medicum æger, & præprimis ratione vitæ & mortis; pro quo dilucidando adduco effatum Hippocratis. *L. 6. Aph. 51. qui valentes capitis repente doloribus corripuntur & protinus muti fiunt & stertunt: intra septem dies moriuntur;* ita dolore atrociori, *Causa furente, & intimius radicata, viribus deficientibus, deliriis prodeuntibus, imminutione visûs, auditûs, aponia, respiratione difficili, anxia, sublimi, frigida, pulsu debili, frequenti, vigiliis continuis, neque medicamentis cedentibus, convulsionibus stupore, fornicatione, facie Hippocratica, adstrictione alvi, & reliquis litoribus illibatis à flumine manentibus vel non debita, substantia, quantitate, qualitate, loco, tempore, modo à Nereo flumina dimittente uti *S. I. Aph. 2 Hippocrates dicit: in perturbationibus alvi & vomitionibus, quæ sponte sunt, si qualia oportet, purgentur, confert, & facile**

*cile*

cile feruntur: *sin minus, contra fit.* Sic & vasorum depletio, si qualem fieri oportet, fiat, confert & facile ferunt, *sin minus, contra accidit.* Proinde & regionis, & temporis, & ætatis, & morborum habenda est ratio, pro quibus talia vacuari conveniat, nec ne. His positis quis quæso non formidabit vitæ filum rupturum, vel saltem in pejus cessurum morbum v g. ophthalmiam, cæcitatem, apoplexiam, lethargum, phrenitidem, epilepsiam &c. sic prodromus, & cæcitatæ est lacryma involuntaria, tumor, dolor, visûs imminutio, scintillatio &c. Apoplexiæ anteaambulo est stupor, formicatio, tinnitus aurium, collapsus palpebrarum, virium dejectio, aphonia &c. Prænuntius epilepsiæ sunt pavores, spasmus cynicus, & alii particulares, atrociam morbi, urina continens miculas as & descendentes ad levem motum &c. subjectum ipsum delicatulum, subtile aliquam prænotam communicat iudicio Medici. Lethargum somni continuante dolore feroci longioris cupido &c. Phrenitidis futuræ signum præbent insomnia rixosa, vigiliæ contumaces, furor oculorum, rubor horum, genarumque, febris, delirium, evulsio spontanea capillorum &c. denique gravior causa ut vulnus magnum capitis, cranium festucatum, fissum, depressum contra-fissum nunquam vitæ securitatem prognosticare admittit. Notandum tamen, quod quidem dicta symptomata sæpius in subjectis cephalalgia laborantibus visantur, quin sequantur morbi dicti symptomatici; requiritur enim, ut, si in pejus præsentibus sive dictis symptomatibus vergat malum, proveniant ea à defectu Spirituum, & non à causa locum vel mutante, ob-



obstruente, irritante fibrillas nervosas. Melius sperare licet, si contraria dictis oculis Medici obversentur; quando nempe causa levior est, symptomataque mitiora morbum sociant, usus medicamentorum exoptatum finem largitur; vires redeunt, excernenda sine suo potiuntur, præprimis critico, teste *Coo. S. 6. Aphorif. 10. ubi dicit, cum caput parte aliqua vel circum circa dolet, & pus, vel aqua, vel sanguis è naribus, ore, & auribus exit, scire licet, malum solvi.*

Hæc dicta sunt ratione vitæ, & mortis, videndum, qui curabilis, qui minus est dolor, & non repetere cupio supra allegatos morbos, apoplexiam &c. sed alios afferre intendo, v. g. vermes, quos fuisse curatos dicunt. *Ephemerid. German. expulso nempe animalculo per aures: neque ullam admittit curationem causa calculosa, & pone meninges genita test. Ephemerid. Anno 8. observ. 48.* ambiguus sat locus est, quo id fieri potuerit, cum tamen de eo inquirere non sit mei propositi; dico ulterius, si arteriæ ossescant, futuræ deficient, quòd sit impossibile felicem expectare curationis eventum; hunc quoque calculum subit debilitas, vel hæreditaria, adscititia, & inveterata invitans morbos; aliud concludendum est de morbo essentiali non radicato, levi, initiali, causâ prægressa leviori, debellare enim præsentis tali circumstantia dolorem facile est; de deuteropathico scrutari debet Medicus, an viscera enormius sint læsa, & an morbus dolorem capitis fovens medicamentis cedat, nam non intercepta origine & scaturigine unda affluens fonti suppeditat, vel perpetuitatem, vel incrementum. Tempus futuræ

D

cura-

curationis, an breve, vel chronicum ex doloris & causæ natura variat, si materia mobilis, volatilis, biliosa, dolor vehementior, symptomata incrementum capiant, nihil aliud sperandum fore autumo, quam terminum brevem boni vel mali eventûs; id verò de dolore essentiali, causa fixa similem efficiente dolorem, visceribus enormius deturpatis, capite debilitato, symptomatibus levioribus augurari non decet. Modus eventus ad mortem, ut plurimum cum oppressione sequitur exceptis febribus, si eum causent; ad vitam, si quantitas, qualitas, motusque humorum corrigantur, uti ex sequenti §. patebit, & aliæ causæ amoveantur cephalalgiam producentes.

§. XXII.

Usum, ut ex dictis, quis capiat, curationem juxta indicationes methodicas instituere oportet; & primò quantitas superflua educenda, deficiens restituenda, qualitas humorum corrigenda, motus vitiosus eorundem deficiens excitandus, nimius refrenandus, fibrillæ, & spiritus placandi, roborandi, causæ aliæ omnes annihilandæ, & extirpandæ, inter quas, & foventes in visceribus residentes numerantur; Sic quantitas in plethora V. S. scarificatione, hirudinibus tollitur; qualitas biliosa, motusque excessivus corrigitur, & remoratur, si ex fonte universali haurire liceat, sequentibus, *aquosis* scilicet diluendi, temperandi, sine; ut sunt *portiones, ex aqua acetos. sambuc. cord. Hercul. Saxon. frigid.*  
*Be.*

*Bezoard. Ruland. epilept. March.* ad solandum genus nervosum, extract. additis. *Scorzon. lign. alo. theriacal.* ut Spiritus placentur, *arc. dupl. †. diaph. C. C. phil. ppt. corall. rubr. †. modica quant. Syrup. acetos. citr. rib. berb. mororum &c.* Julepis quale Excellentiss. Dn. *Doct. Praeses* in collegio practico privato communicavit v. g. *Rz. ▽ acetos. portulac. lactuc. aa. ℥ij. succ. citr. ℥ss. Ω ⊕ dul. ℥ss. TR. fl. pap. err. ad ℥ij. anod. ℥j. syrup. berb. ℥vj. M. F. Julep.* Ita emulsiones ex *Sem. 4. frigid. maj. min. amygd. dul. ambros. pæon. aquis temperantibus* partim jam dictis partim his, nempe *aqua ceras. nigr. rubiide. acac. &c.* neque de nihilo sunt infusa etiam simplicia, uti est euporiston *HB. Thee*; decocta, & dicit *B. Magnif. Wedel.* quòd sequenti fœminam dolore capitis quadriennio afflictam restituerit nullam ferè ob aliam quam diluendi causam; *Rz. rad. chin. sarsaparill. trifol. fibrin. aa. ℥ss. HB. theæ ℥vj. verb. m. ij. beton. scord. aa. m. j. lign. sassafr. cass lign. ℥ij. anis. turc. ℥j. C. C. F. sp. ita Pulv. absorbentes, temperantes, placantes, & roborantes* profunt ex *Bezoard. D conch. corall. arc. duplicat. † †ij. ext. op. vel † ⊕ annod. concinnatè &c.* guttulæ similes ex *M. S. Elix. cephal. Wed. Ω ⊕ epilept. Ess. anod. &c.* hisce subjungi, ut facilius causa subigatur, possunt purgantia, diaphoret. leniora, clysteres; V. S. ipsa, imò arteriotomia, si malum ferociat teste *Wyrzio & B. Wed.* approbante; externe verbena recens cataplasmatifata a *Foresto* pro insigni remedio commendatur; itidem ex fermento panis, *sem. cumin. hyosc. alb. bacc. juniper. theriac. And. vel Philon. roman. aqua anhaltina &c.* Epithemata v. g. ex *▽ verben. rosar. sambuc. nymph. succ. sed. maj. solan. officin. †: ⊕ †iat. requie Nicola. confiunt &c.* Unguenta ex ungt. *alabastr.*

*bastr. popul. nervin. theriac. Andromach. ☉ nucleor. persic. express.* applicari queunt; motus excessivus dictis repellitur, revellitur, & intercipitur, si loco debito epithemata collo v. g. applicentur.

§. XXIII.

Devolvimur ad serum cephalalgiam excessivâ quantitate inferens, quod diaphoreticis, purgantibus &c. aliis excretionibus imminuendum est; Diaphoresin procurant *Ess. lignor. Ω ♀ C. C. M. S. & Rect. TR. Bez. Mich. Wed. volat. liquor bezoard. Wed. C. C. succinat, Pulv. bez. Wed. maj. min. seneri. C. C. phil. ppt. lap. ☽. bezoard. orient. occident, de Goa, e-chelid. ☽. bezoard. 4e. †. diaph. ‡. diaph. 4lis. ⊖. card. bened. C. C. succin. volat. &c.* Purgantia phlegmagoga dicta utilia sunt, ut *rad. & resin. jalap. scammon. ‡. dulc. magis. gum. gutt. extract. agavic. spec. diajalap. pulv. vegetab. Wed. add. ☉. lign. sassaf. aremor. cryst. ♀. ♀ resol. ♀ ⊕to &c.* Ipsa diuretica eliminant serum v. g. *TR. †. s. & acris arc. ♀. &c. ⊖ genist. junip. ononid. arc. dupl. Ω ⊖d. juniper. fragor. Ess. succin. &c.* admiscenda iis tamen veniunt cephalica. Educunt serum vesicatoria *ex ferment. pan. sem. sinap. cantharid. †. &c.* masticatoria, seu apophlegmatismi *excubebis, caryoph. mastich. rad. pyreth. &c.* errhina, & ptarmica quoque exundare faciunt serum, ut sunt *Spec. diatab. Mynsich. pulv. errhinus & sternutator. Wed. Fumus tabaci* ipse moderate haustus facit officium. Ipsi fonticuli in chronico malo opem afferunt, vel in pede, brachio positi. Qualitas acida fero juncta præcipitantibus, absorbentibus, alcalicis, & alcalinis profligatur, ut *pulv. absorb. Wedel. anticacbeetic. Quercezan. lap. ☽. ppt. conch. ppt. corall ppt. perl. ppt. bezoard. Fle. 4e. D. ⊖. croc. †. aperitiv. sacchar. cum ⊖bus ppt. ‡. omn. specif. cephal. Michaël. lap. Saph. Smaragd. ⊖ abs. cent. minor, TR. ♀. s. acris. †. s. ♀sat. †. belleb. pomar.*

*pomat. cydoviat. temperat Ludov. Wed. Ess. lignor. Ω Θ ★ci. vi-  
nos. □s. Θia volat. Rosa, sylv., & ad hujus imitationem  
mei D. Fratris quod constat, ex Θ. ★. Ciner. & specie-  
bus aromaticis extractis, & destillatis cum Ω cochlearia;  
oleis ipsis destillatis aromaticis, balsamis, uti est, bal-  
sam sulphur. omne, experientia comprobatum in gra-  
du aciditatis majori ab Excellentiss. D. Praside & Præ-  
ceptore in ævum deveneraudo. Citior verò bili nu-  
ptus corrigitur præprimis præcipitantibus, & absor-  
bentibus Martialibus decoctis, & infusis aperientibus  
cum sero lactis paratis & anthypochondriacis, amba-  
bus tamen acoris speciebus præparantibus prægressis  
conveniunt purgantia leniora &c.*

§. XXIV.

Qualitas enixa alcalinis absorbentibus, diluenti-  
bus inviscantibus forma decocti, infusi, emulsionum  
corrigitur. Sic decoctum parari ex similibus potest.  
*rad. scorz. helen. Chin. cichor. polypod. sassaparil. acetos.  
HB. fumar. beccabungæ scord. innumul. trifol. fibrin. ab-  
sytii s. pont. scolopend. &c. fl. borag. buglos. viol. acac. ci-  
chor. hepat. nob. hyperic præprimis. Sumit pin. sem. 4.  
frigid. maj. min. amygd. dul. ambros. Siliqu. nuc. pin. pi-  
stac. jujub. sebest. passul. min. siliqu. C. C. ebur. raspat. lign.  
sand. omne sanct. sassufr. corti. eorundem &c. huc spectant  
recensitorum extracta, ∇æ Ess. v. g. essent succin. lignor.  
theriacal. balsam. &c. traumat. Wed. nec absint debita  
purgantia, & diaphoretica ex ∇reis præparata, quæ  
aliunde inviscant salia, ut ∇ lemn. sigill. unicorn. fossile.  
ver. &c. Vermes anthelminticis, & fortassis succ. sca-  
biosæ necandi, & expellendi sunt, qui juxta Authores*

eximius in cordis vermibus tempore belli hungarici exhibitus fuit. Calcul. lythontripticis, v.g.  $\Omega$  *calc. vivæ* *Basil. Valent. part. V. testament. p. 952. liquore nephritico* *Wed. polychresto* medicamento in calculis renum, & vesicæ debellari queunt.

§. XXV.

Os festucatum, fissum, depressum, contra fissum præsentibus symptomatibus grummescentiam sanguinis notantibus exposcit trepanationem prius tamen adhibendi sunt foci calidi, ex rad. *HB. fl. Sem. aromaticis, seu cephalicis cum vino parati, V. S.* ipsa præcavet statim sanguinis & semper instituenda statim in principio læsionis; si æger levamine nondum fruatur; pili abraduntur, tegumenta inciduntur, pericranium separatur, fit autem incissura varia forma, vel instar V. 7. X. &c. tandem vulnus plumaceolis infarctum distensum servatur, superpositis, emplastro, compressa, fascia vulnus munitur, & si hæmorrhagia ob arteriam vulneratam facebat negotium, dictum vas chirurgico ligandum modo, vel applicandum est  $\Theta$  alb. elapsis aliquot horis deponuntur à vulnere omnia, & applicatur modiolus mas mediantibus aliis hic necessariis instrumentis penes rimam, & fissuram cranii. Si thlasis vel elevatur apto instrumento vel in medio foveæ apponitur modiolus & rotatur usque ad diploën, ubi & antecedenter paululum jam modiolus fæmina dictus, loco illius in factum circulum ponitur, & proceditur ut supra, sæpe purgatur, seu à rasura mundatur,  $\nabla$  *æ beton.* immergitur, nè nimis incalescat; perterebrato cranio sanguis subsistens & premens meninges

ges, vel sponte vel juvatur expiratione ægri retenta, clausis naribus, stylo capitato, ut effluat; absorbetur etiam plumaceolis, festucæ omnes eximuntur, linteum globosum cranio, & meningibus interponitur, plumaceolis copiosis balsamicis, essentiiis vulnerariis irroratis, *emplastro de betonica*, compress. fascia celeritate, quâ potest vulnus tegitur & munitur; his continuatur usque dum exfoliatio sequatur, præcaveatur balsamicis luxuriatio carnis, fungorum, curatur cathæreticis blandioribus *pulv. sabin. vid. operat. chirurg. Nuck. experiment. V. fol. 13. & Dion. citatum locum de fissuris cranii, ubi & in sequentibus de trepanatione agit. Cùm pro causa ossescentiam, & defectum suturarum allegaverim, meritò mentio curationis facienda est, quæ tali modo, uti cognitio vera, curabilis succedit; ultimò exposcit curationem essentielle malum, à debilitate nativa, studiis adscititia proveniens, quæ roboranda est balsamis, linimentis, cucuphis cephalicis &c. Ad morbum deuteropathicum curandum tempus curtum non impendimus, sed monemus morbum primarium, & fomitem suppeditantem recto oculo, dolorem sinistro in curatione debere aspici, & hinc Stomachica ut *Elix. Wed. Wolf. Dr. Myns propriet. Ess. aromat. &c. Uterina, antihypochondriaca, antiscorbatica, antivenerica, febrifuga &c.* & aliis morbis alia convenientia ordinanda sunt.*

§. XXVI.

Tertium curationis fontem præter pharmaceuticum, chirurgicum, diæteticum nempe, coronidis loco pertractaturus sum, est enim impossibile, Medicus ut absque eo de superando

rando gloriatur morbo teste Hippocrate, Aphor. 1. S. i. *vita brevis ars longa, occasio volucris, periculosa experientia, iudicium difficile. Nec verò satis est Medicum suum fecisse officium, nisi suum quoque agrotus, suum adstantes faciant, sintque externa ritè comparata.* Cum autem magna, & diversa copia causarum innotuerit; necessarium est quoque omnibus contrariam instituire diætam, quod negotia alia non admittunt, hinc generales tantum progressus faciam, & primo sanguine abundante, seu plethora, aer calidior, cibus & potus parcus, nec nutritius, vigiliæ, excretiones quæcunque sanguinis præprimis instituendæ.

Si bilis & salia alcalia abundant, fit cibus glutinosus acidus, ut poma citri potus  $\nabla$  sus; ut laudatur serum lactis caprini, vigiliæ, motus nimius, ♀ excessiva & excretiones aliæ feri nimix cum animi pathematibus corpus efferantibus vitentur. Si serum quantitate excessiva & qualitate pituitosa causæ vices agat; cibus, & potus, aromaticus,  $\Omega$  osus,  $\Theta$  nus, fixus, volatilis, aer calidus, motus, & vigiliæ dcentes, excretiones ritè fluentes animi pathemara hilaria conveniunt, nisi à defectu feri pituita generata sit, ubi potius humectantia non tamen inertia conveniunt. Qualitas acida exposcit prædicta ferè, nisi si bili juncta sit, cavenda nimis  $\Omega$  sa & humectantia blandiora alcalinis interponenda. Si  $\Theta$  enim adfit, sic cibus, & potus gelatinosus, ut juscula avenacea, hordeacea, gelatinæ culinæ, & artificiales, ova forbilia, emulsiones, lac, potus lautior, aer balsamicus, sylvaticus vernalis &c. profunt.

Reliquis causis competens nempe malo hypochond. vermib. calcul. diætam aliunde rogamus eam excerpere; hæc de cephalalgia scripta sunt, quæ omnino vix mentem eruditam fatient, quapropter rogamus, velle ea interim benigne suscipere; & addenda proprio Marte subungere.

S. D. G.